S. Quanq̃ nihil fere erat quod ad te scriberem Ornatissime Dn. Magister: ne tamen putes suauitatem illam quam ex nostro Conuictu percepi, euanuisse; meq̃ oblitionem quandam tuae erga me benivolentiae ocupasse; hanc qualem qualem epistolam exarare nolui. Saepe et fortasse una opinione saepius ante meos oculos uersaris: praesertim si reuocandi gratia ad aliquam Plauti fiuerti: quam valde cum quo jocer et hilariter agam te desidero! Sed legisti ne mei Lipsij Antiquas et Epistolicas et Excipue dialogum de Conuiuijs? tua Musa mihi propitiae nō sint si umq̃ festiuius et recondituris doctrinae numerum, hisce potissimum feruentib temporibus prodijt. Quoties in eius lectionem incido; non mi decor mihi legere: sed ipsi Conuiuio interesse et lepidissimos ipsos sermones eius auribus meis quasi haurire: imo non tantum uideor, sed refocillatus et salus illius discedo, non quidem uentre q. ratus et auribus et oculis: sed animo cui a laboribus defatigato melior cibus quam eiusmodi a Musis Plautinis et litteris desumptus obuenire nullo modo possit arbitror. Si mecum esses uel ego apud te, saepe ad Conuiuij istius societatem te arcesserem: sed spero nos breui in Italia una, etiam ad satietatem usq̃ suauiter uiuere et eiusmodi Conuiuijs interesse posse: Tu interea me amare perges et q. nam a me nunc es tam procul: suadeo ut pari pari referas et ultionem aliquam aut uindictam pares verum non cum nullis gladijs aut armis sed istis quib. Plautus abundat salib. et facetijs: neq̃ me taciturnum neq agrestem deprehendes. Vale in aeternum amantissime Theopiste Alcorphij a. d. 12 Januar. 78. T. V. V. Herder

Doctissimo et Cl.
viro
Theophilo Madero Ubera.
Amico suo Maximo
Hildebergenses Episcopi
Publius Pomponius